

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Coloniæ, 1723

Elogia Magnorum Virorum De Hisce Libris, Qvi Olim, maximè in Italia,
Joanni Gersoni falsò inscribebuntur. B. P. Ignatii Loyolæ Societ. Jesu
fundatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](#)



ELOGIA
MAGNORUM
VIRORUM
DE
HISCE LIBRIS, QUI OLIM,
*maxime in Italia, JOANNI GER-
SONI falsò inscribabantur.*

B. P. IGNATII LOYOLÆ
Societ. JESU fundatoris.

*Ludovicus Gonzalez in Actis B. IG-
NATII summâ diligentia roga-
tu Joannis III. Lusitaniæ Regis an-
notatis, quæ manuscripta Romæ in
domo Professa asservantur, ita te-
statur :*

 Olitum fuisse sanctum Pa-
trem quotidie legere unum
caput ex libello Joannis
Gersonis: & quidem unum
eo ordine, quo in eo disposita sunt
capita. A prandio vero, & aliis horis,
foli-

solitum alterum caput evolvere ,
quod veluti casu , aperto libello sine
ullo foliorum discrimine obtigisset :
sempérque invenisse in eo materi-
am , præsenti animi statui accom-
modatam , & quam ipse beatus Pa-
ter eo tempore in animo impressam
haberet , adeoque familiarem ei fu-
isse istum libellum , ut moribus suis ,
verbis , motibus , actionibus denique
omnibus , salutaris illius libri docu-
menta perfectissimè exprimeret ; ut
qui cum beato Patre assiduè versa-
bantur , agnoverint in ejus vita vi-
vam imaginem expressam Joannis
Gersonis , cuius lectionem commen-
dabat omnibus quibuscum tra-
ctabat .

Petrus Ribadeneira libr. I. cap. XIII.
Vitæ B. P. IGNATII.

Thomæ de Kempis de Imitatio-
ne Christi libello plurimum
tum utebatur , illiusque lectionem
valde semper probavit , atque ita il-
lius libri spiritum & doctrinam
* 2 hanc

hanc tam avidè arripuit , tam perfectè in se expressit , ut (multorum judicio) IGNATII vita solida quædam , eminens ac viva esset imago eorum præceptorum omnium , quæ aureo illo libello continentur.

*Nicolaus Orlandinus par. I. lib. 5.
Histor. Societatis JESU,
num. 2.*

Quo domum receptus est die Hieronymus Natalis , monuit beatus IGNATIUS , ut biduo post ministrare coquo & hortulano inciperet , & quotidie caput ex Gersone , in quo meditaretur , legeret : tum alia capita , ut necessitas vel infirmitas postulareret . Idque dixit beatus Pater cum mirifica (uti semper solebat) laude ejus libelli : addens , fore , quod in se ipse quidem esset expertus , ubi etiam fortuito aperiret , ut quæ præfenti necessitati convenientia essent , occurrerent .

CAR-

CARDINALIS BELLARMINI.

Ipse de se in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Joanne Gersone.


Opusculum est utilissimum, & jure in tota Ecclesia summo omnium consensu receptum & frequentatum, & in omnes linguas conversum. Ego certe ab adolescencia & usque ad senectam, hoc opusculum saepissime volvi, & revolvi: & semper mihi novum apparuit, & nunc etiam mirifice cordi meo sapit.

REGIS MAURITANIAE.

*Henricus Sommalius Societatis IESU
in epistolâ ad Leonardum Bette-
nium Cœnobii S. Trudonis
Abbatem.*

Quanta sit hujus libelli dignitas, quâ se omnibus longè latèque probavit, vel ex hoc liquido patet: quod post sacros codices, nullus tam crebro typis fuerit excusus: nullus tam cupidè ab omnibus expetitus ac

lectitatus , à summis , mediis , insi-
mis : nullus qui in tam varias fit
linguas transfusus ; atque omnium
calculis approbatus . Referam hic ,
quod nisi gravissimis testimentiis
niteretur , incredibile videri posset .
Cùm quidam è Societate JESU ante
annos plus minus duodeviginti ,
Argirium Mauritanicæ profectus fu-
isset , pretium redemptionis captivo-
rum latus ; Rex , qui aliquando
Christianus fuerat , eum in suam
duxit Bibliothecam , varia librorum
supellecili instructam : varios hic
illi codices visendos porrigit , atque
in his librum de Imitatione Christi ,
vulgari Turcarum lingua conver-
sum , adjecit autem , pluris se uni-
cùm illum facere , quām reli-
quos omnes Mahume-
tanorum .



DE